



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 56. S. Ludovicus sacram expeditionem parat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

**Sæcul. XIII.** dentur. Clerici, qui post monitionem  
A. C. 1247. tuam non statim suum illis servitium re-

nunciaverint, cunctis beneficiis exuentur

**Matth. Par.** ipsoque Clericatus privilegio. Papa has  
p. 623. minas parum efficere videns, Galliæ Pro-

cerum cognatis beneficia multa tribuit,  
ut plura simul possiderent, gratiam legis  
fecit, indulgentias plurimas concessit, &  
Optimatibus ipsis donorum copiam misit.  
Quibus mediis magnum eorum num-  
erum reduxit ad obsequium: neque res  
longius progressa tunc est.

### §. LVI.

*S. Ludovicus sacram expeditionem  
parat.*

**Id. p. 631.** **Rayn.** **1247. n. 56.** **Sub** medium verni jejunii tempus an-

1247 sanctus Rex Ludovicus magnum  
habuit Senatum, in quo suæ sacrum ad  
bellum profectioni festum S. Joannis diem  
anno proximo futuram destinavit. Ju-  
rejurando ad illud & se adstrinxit, & ut  
cæteri cruce signati se adstringerent, fe-  
cit, eum, qui contra egerit, proscriben-  
dum, & hostem publicum reputandum  
asserens. Et quia expeditio contra Fri-

dericum bello Palæstino obstabat, efficit,  
ut Papæ jussu Petrus Capochius Ponti-  
ficius in Germania Legatus nec vota  
transmarini itineris commutari, nec sa-  
cros oratores a suadendo, hoc itinere im-

pediri

pediri pateretur. Insuper cum multi cru- Sæcul. XIII.  
ce signati præsidio, quod Ecclesia ipsis A. C. 1247.  
ferebat, abuterentur, Rex sanctus obti- <sup>Sup. Lib.</sup>  
nuit, ut Papa per epistolam prohiberet, LXXX.  
ne Episcopi, cæterique Franciæ Præfules §. 50.  
cruce signatos tuerentur, qui rapinas, ho- <sup>Duchesne</sup>  
miceria, raptus, aliaque ejusmodi scele- <sup>to. 5. p 862.</sup>  
ra committerent. Dabat 6 Nov. 1246. Rayn.  
& similem ad Cardinalem Odonem suum 1246. n. 54.  
in Gallia Legatum.

In autumno anni 1247 Ludovicus per Matth. Par.  
totum Regnum suum Fratres Prædica- p. 640.  
tores Minoresque misit accurate inquisi-  
tuos in damna, quæ mercatoribus, cæ-  
terisque hominibus privatis forsitan in-  
tulisset. Eandem indagationem Præto-  
ribus injunxit, ut, si suo nomine alimenta  
vel pecuniæ exactæ aut mutuæ sumptæ  
fuissent, veluti sæpe fieret, læsus id per  
scripturam, per taleam, per testes, per  
juramentum suum, aut per aliam ratio-  
nem legitimam probaret, Regiumque æ-  
rarium plane satisfaceret: id quod exe-  
cutioni datum. Erat hic mos cruce si-  
gnatis: & ob itineris pericula tanquam  
ad mortem se præparabant. Habemus His.  
exemplum Joannis Jonavillæ Domini, S. Louis  
summi Campaniæ Prætoris, qui S. Ludo- p. 22.  
vicum hanc ad expeditionem secutus re-  
tulit, se ante abitum suum vocasse sub-  
ditos, & nobilibus provinciæ viris præ-  
sentibus ita locutum esse: Domini! Abeo  
trans

**Secul. XIII.****A.C. 1247.***Du Cange  
observat.**p. 52.*

*trans mare; an redditurus sim, nescio. Proinde sicui injuriam feci, quis queri de me velit, accedat! compensabo, ut consuevi facere. Addidit, se provinciae hominum judicio rem subjecisse. E pluribus tabulis antiquis constat, saepe Nobiles in paribus temporum rationibus reddidisse bona Ecclesiæ perperam occupata, vel vectigalia domosve pios in usus definstasse.*

**§. LVII.**

*Haquinus Norvegiæ Rex sacræ crucis  
militiam amplexus.*

*Matth. Par.* **S**anctus Ludovicus, Haquinum Norvegiæ Regem tesserariam induisse crucem, edoctus per epistolam amicitiae plenam eum orabat, ut itineris socium ageret, & pro sua in mari potentia universæ classi præesset. Haquinus nuper a Legato Pontificio coronatus fuerat, quod exponi meretur. Erat Regis Haquinii antecessoris sui filius sed non ex toro legitimo. Itaque ad Papam configere coactus Legatum postulavit, & obtinuit Cardinalem Guilielmum Episcopum Sabinensem, antea Mutinensem, & ad mis-

*IV. ep. 189. siones Septentrionales adhibitum. Papa Rayn. 1246.*

*litteras, quibus eum Regi commendavit,*

*n. 32.*

*Matth. Par. 30 Octobris 1246 dederat; ejusque legatio se in Sueciam extendebat. His enim*

*regnis*